

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historia Zaringo Badensis**

**Schöpflin, Johann Daniel**

**Carolsruhae, 1765**

CCXXIX.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](#)

CCXXIX.

HERMANNUS, FRIDERICI MARCHIONIS BADENSIS  
FILIUS VENDITIONEM VICI MALSCH ET CASTRI  
WALDENFELS, A PATRE SUO FACTAM,  
PROBAT ET CONFIRMAT.

ANNO M C C C X X I L

*Ex tabulario Bada-Durlacensi.*

Nos HERMANNUS, Dei gratia, *Marchio de Baden* tenore presen-  
cium publice confitemur, quod venditionem ville *Malsch* & om-  
nium eidem ville attinentium cum marchia tota & campis, siluis, agris,  
pratis, pascuis, aquis, piscariis, molendinis, viis, inviis, almendis,  
communitatibus & comoditatibus vniuersis, *besuht* & *umbesuht* & spe-  
cialiter castrum *Waldenfels* cum suis attinentiis, & Jus aduocacie, *dobe*,  
*frevel*, *stiure*, *bete*, *einunge*, *hobetrehrt*, *hertrehrt* & vsum glandium, quod  
volgariter dicitur *deheme*, cum censibus, redditibus frumenti, hallen-  
sium & pullorum cum hominibus propriis, qui nobis attinebant & tunc  
temporis in eadem villa vel marchia cum domiciliis morabantur, ple-  
rumque cum omnibus Juribus, vtilitatibus & attentiis vniuersis, quo-  
cumque nomine censeantur, quam venditionem Dominus *Fridericus*,  
*pater noster*, *Marchio de Baden* fecit claustro Monachorum de Alba, Cy-  
sterciensis ordinis Spirensis Dyoceesis, ratam & gratam habentes, in  
nomine domini confirmamus & attestacione presencium approbamus,

renunciantes pro nobis & nostris heredibus, coheredibus & successoribus vniuersis omni actioni, impetioni & juri, quod nobis vel nostris in predictis omnibus competebat vel competere quomodolibet videbatur, transferentes in Monachos ante dictos omnia supra dicta libere perpetuo possidenda, promittentes bona fide, numquam per nos vel per alios quoscumque impedire vel inquietare, impediri vel inquietari procurare clam vel palam in Judicio vel extra claustrum in Alba predictum in bonis prehabitatis quoquo modo. In cuius rei certitudinem & robur praefatis Monachis perpetuo valitrum presentem litteram sigillo nostro tradidimus fideliter communitam. Datum Anno Domini M. CCC. vicefimo secundo in Die beate Katherine Virginis.

||  
(L.S.)

CCXXX.